

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Qui ijs temporibus episcopi prouinciarum fuerint. Capvt. XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

dabat, & orationem apologeticam apud senatum habi-
tam, si cui lubitum sit accurate cognoscere, ex libro no-
stro, quem de veteribus martyribus composuimus, ma-
nifesto intelliget.

Qui ijs temporibus episcopi prouinciarum fuerint.

CAPVT. XXI.

Decimo anno Commodi imperii, postquam Eleu-
therus decem & tribus annis pontificatum admini-
strauerat, successit Victor quo quidē tēpore, vbi Iu-
lianuſ decimum ministerii ſui annum compleuerat, ecclē-
ſiarum Alexandriæ procuracyem caperſit Demetriuſ.
Quorum temporibus Serapion, quem modo declarauim-
us, octauuſ ab Apoſtoliſ ecclēſiæ Antiochenæ epifo-
puſ, magno apud omnes in honore fuit: Cæſareæ item
id temporis Paleariarum prafuit Theophiluſ. Narcis-
ſuſ ſimiliter, cuiuſ ſuperior noſtra mentionem fecit ora-
tio, adhuc ecclēſiæ Hieropolitanæ ministerio perfun-
gebat. Ecclēſiæ Corinthiorum, quæ eſt in Græcia, iſſe-
dem temporibus Bacchylluſ fuit epifcopuſ: ecclēſiæ E-
phesianæ Polycrates. Et quanquam multi alii p̄ttereā,
ut veriſimile eſt, & prope infiniti, illa hominuſ ætate
floruerunt, illos tamen, quoruſ recta fidei & catholica
ſententia scriptis ad noſtrā ætatem deriuata ſit, ſolos,
ut ratio poſtulabat, nominati citauimus.

De quaſtione que tum temporis de Paſchate agebatur.

CAP. XXII.

Quoniam vero illis temporibus de feſto Paſchatis
in honorem ſeruando non exigua concitata pro-
p̄trea erat controuersia, quod omnes ecclēſiæ A-
ſiæ, antiqua quadam traditione adductæ, censebant deci-
mo quarto die lunæ (quo Iudeis olim p̄ceptum erat,
ut agnum immolarent) feſtum illud celebrādum, & om-
nio eo die, in quemcunque hebdomadæ diem forte in-
cideret, ieuniis finem statuendum, & quod non in mo-
re poſitum eſſet, ceteris ecclēſiis per vniuersum or-
bem terrarum diſperſis, quæ conſuetudinem ex Apo-
ſtola traditione ad hoc uſque tempus continua-
tam tenebant, (nimirum ut non alio die, quam eo, quo

O 4

Seruator